infans quantum uis & facere possum. Scs cyricus dix(it).
Eccerasorios duos ad mensuram palmi. Mihi unum.
matri meae unum. & fac capiti fragium. & uncinos
ad oculos euellendos. & forfices dentium. & genu fra
gium. & neruorum incisiles. & lectum aereum in forma
crucis. & ibi configes acutos tres ferreos. & tres plumbeas
secundum aetatem meam. & scribes in capite eorum
trinitas inseparabilis. ne separes te ab inuocantibus te.
Et facias cocleas duas. & ollam maiorem. & pones ibi trul
las duas. & abscondas in olla. Haec erunt nobis uasa
tormentorum. & quicquid super haec nosti fac. Ara
rius uero tremefactus ait. Obsecro praeses. numquā
audiui tantam sapientiam. neq. a senioribus qui fu
erunt. Non possum talia facere. quia numquam
didici uel audiui. Tunc misit praeses & alii ducti sunt
peritiores. qui possent facere poenarum tormenta
quae ipse sibi adhibuit. Et dederunt manus praesidi.
ut infra dies .xl. explerent praesidis iussionem. &
reclusi sunt interim in carcerem. Ingressi uero carce
rem. inuenerunt populum. & uidentes eos dixerunt.
Creditis in unum dnm qui potest adiuuare uos in om
ni tribulatione. Erant enim uiri in carcere reclusi.
quadringenti sexaginta
cccc.lxiiii. Et uidentes beatam iulittam cum filio
eius paruulo. non cessabant conlaudare dnm. & cre
diderunt. & facti sunt xpiani. & oboediebant eis in ieiu
nio & oratione. & dicebant. Benedictus es dne qui
facis mirabilia solus. qui dedisti uirtutem puero
tuo cyrico uel matri eius. Adiuua & nos quia in te cre
dimus. & da nobis de mensa tua pulchrum cibū tuū.
Dne tibi confitemur peccata nra. & ne memineris scele
rum nostrorum. quia in te credimus dnm uiuum & ue
rum. Et haec illis dicentibus. sci gauisi sunt uehemen
ter. Post dies uero .xl. facta sunt tormenta. & allata
praesidi. Qui & scos di iubet adduci. & ad puerum
dicebat. Noli putare quia lusus sit. quod adiecta
sunt tormenta. Cyricus scs dixit. Sine lege & sen
su. ex ore meo quae dicta sunt ostendis mihi inmunde
belligerator satanas. Non pertimesco poenas tuas.
habeo enim dnm adiutorem. Praeses dixit. Radentes

tollite pellem de capitibus eorum. & superponite eis
carbones ignis. & continuo extincti sunt carbones.
& lucebant capita eorum sicut solis radius lucens
super terram. Tunc apertis sunt carceres & exierunt
omnes. & collecti in unum clamauerunt dicentes.
& nos xpiani sumus. Praeses dixit. Quid uidetis.
ut ita credatis. Sci autem illi dixerunt. Insensate
& insipiens uides coronas paratas scorum. & dicis. quid
uidetis ut ita credatis. Rogamus ut & nos consortes
illis efficiamur. Audiens hoc praeses. iussit eos deduci
& decollari. Et exeuntes de ciuitate signauerunt se
signo xpi. & ita decollati coronati sunt. Orante autem
beato cyrico. praeses iratus. ministris suis iussit afferre
lectum aereum. & inponi super dextrum humerum
eius. & erigi ambis acutos humeris eius; & iterū dixit.
Exhibete acutum tertium. & figite in caput eius. &
dolor descendat usque calcaneum eius. Cumque ei
figerent acutum. ait ad puerum praeses. Si habes dnm
certum. modo liberet te de manibus meis. & uenit
angelus dni de caelo. & tollens acutos qui fuerant in puero
confixi. circumuoluit presidem. Preses uero clamabat
uoce magna dicens. Puer scē nesciebam quia ds quem
colis certissimus est. solum est ut cures me. Puer dixit.
Scio quia non habes credere. sed propter eos qui credituri
sunt faciam. & mox posuit manum super eum. &
omnes acuti dimiserunt. Tunc clamauit preses uoce
magna dicens. Gratias tibi de[illegible] & deus serx.
& deus ariagne. per quos mundus pacificus est. & ego
sanatus sum. Dicit ei cyricus scs. modo existimas
te benefecisse. sed iterum rogabis me. Et ait preses.
Afferte omnia tormenta quae parata sunt illis. & po
nite in aspectu eorum. & afferentes ministri uasa
tormentorum. & iratus preses adprehendit ceruici
fragium. uolens una plaga perdere puerum. sed per
cussit eum in faciem. & confregit nares simul & faciē
suam. & ait scs cyricus. quia non mentitur prophe
ta dicens. quo expugnantes ipsi expugnantur. &
ira eorum cecidit super eos. Preses dixit. Perde eos
quia arte malefica est. Afferte serras & secate eos.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0027